

gregum in ciuitatibus montuosis et in
ciuitatibus campestribus: et in ciuitatibus
que ad austrum sunt: et in terra beniamin: et
in circuitu hierusalem et in ciuitatibus iuda
adhuc transibunt greges ad manus nu-
merantis aie dñs. Ecce dies venient di-
cit dñs: et suscitabo verbum bonum quod lo-
cutus sum ad domum israel et ad domum
iuda. In diebus illis et in tpe illo ge-
minare faciam dauid germine iusticie: et
faciet iudicium et iusticiam in terra. In die-
bus illis saluabit iuda: et israel habita-
bit confidenter. Et hoc est nomen quod
uocabunt eum: dñs iustus noster. Quia
huc dicit dñs: Non interibit de danti vir
qui sedeat super thronum domus israel: et
de sacerdotibus et de leuitis non interibit
vir a facie mea qui offerat holocausto-
mata et incendat sacrificium et cedat victi-
mas omnibus diebus. Et factum est verbum dñi
ad hieremiam dicens. Hec dicit dñs:
Si irritum potest fieri pactum meum cum
die: et pactum meum cum nocte: ut non sit di-
es et nox in tpe suo: et pactum meum irritum
esse poterit cum dauid seruo meo ut non
sit ex eo filius qui regnet in throno eius
et leuite et sacerdotes ministri mei. Sic
enumerari non possunt stelle celi et me-
tiri harenam maris: sic multiplicabo semine
dauid serui mei: et leuitas ministros me-
os. Et factum est verbum dñi ad hieremi-
am dicens. Nunquid non vidisti quid po-
pulus hic locutus sit dicens: due cognati-
ones quas elegerat dñs abiecte sunt:
et populum meum despererunt: eo quod non sit ul-
tra gens coram eis. Hec dicit dñs. Si
pactum meum inter dies et noctem: et leges
celo et terre non posui equidem et semen
iacob et dauid serui mei: preciam ut non
assumam de semine eius principes seminis
abraam et isaac et iacob. Reducam enim con-
uersionem eorum et miserabor eis.

XXXIII

Uerbum quod factum est ad hieremiam
a dño: quoniam nabuchodonosor rex

babylonis et omnis exercitus eius uniuersaque
regna terre que erant sub potestate ma-
nus eius: et omnes populi bellabant contra
hierusalem et contra omnes urbes eius dicens
Hec dicit dñs deus israel: Uade et loquere
ad sedechiam regem iuda: et dices ad
eum. Hec dicit dñs. Ecce ego tradam ci-
uitatem hanc in manus regis babylonis:
et succendet eam igni. Et tu non effugies
de manu eius: sed comprehensione ca-
pietis et in manu eius traderis: et oculi
tui oculos regis babylonis videbunt et
os eius cum ore tuo loquetur: et babylonez
introibis. Atque audi uerbum dñi sedechia
rex iuda. Hec dicit dñs ad te: Non mo-
rieris in gladio sed in pace morieris: et
sine combustionibus patrum tuorum regum prio-
rum qui fuerunt ante te sic comburent te: et
de dño plager te: quia uerbum hoc ego lo-
cutus sum dicit dñs. Et locutus est hie-
remias propheta ad sedechiam regem iuda
uniuersa uerba hec in hierusalem: et exercitus
regis babylonis pugnabat contra hie-
rusalem: et contra omnes ciuitates iuda que
relique erant contra lachis et contra aze-
cha. De enim superant de ciuitatibus iuda
urbes munite. Uerbum quod factum est ad hie-
remiam a dño postquam percussit rex sedechiam
fedus cum omni populo in hierusalem:
predicans ut dimitteret unusquisque
seruum suum et unusquisque ancillam suam
hebreum et hebream liberos: et nequaquam do-
minarent eis: id est in iudeo et fratre suo.
Audierunt ergo omnes principes et uniuersus
populus qui inierant pactum ut di-
mitteret unusquisque seruum suum et ancillam
suam liberos et ultra non dñarentur eis.
Audierunt igitur et dimiserunt. Et conuersi
sunt deinceps et retraxerunt seruos suos
et ancillas suas quos dimiserunt liberos
et subiugauerunt in famulos et famulas.
Et factum est uerbum ad hieremiam a dño
dicens. Hec dicit dñs deus israel. Ego
percussi fedus cum patribus uestris: in die
qua eduxi eos de terra egypti de domo